949.1
Jón

(2)
3

ARNGRIMI IONÆ
Islandi

EPISTOLA

pro patria defenſoria, ſcripta

AD

DAVIDEM FABRITIUM, ECCLESIASTEN in Oſtell, Friſiæ Orientalis, illam falsò, vel malitiâ, vel inſcitiâ, chartâ in lucem emiſſa, traducentem:

EJUSDEMQUE

ANATOME BLEFKENIANA, QVA Ditmari Blefkenii viſcera magis præcipua, in libello de Islandia edito, convulſa, per manifeſtam exenterationem retexuntur.

VNA CUM

CHRYMOGÆA RERUM Islandicarum, &c. Land. Chesafa



Hiob. 8. v. 8.

Interroga ætatem priorem, & præpara te inquiſitioni patrum eorum.

HAMBURGI
Typis Henrici Carſtens, ANNO 1618.

E 4



GUDBRANDUS THORLACIUS ISlandiæ borealis Superintend. Lectori S.

Era ſapientia eſt, (*inquit conſultiſſ. vir*, & *nobile Reip. literariæ* lumen & columen, Ludovicus Vives) de rebus incorruptè judicare, &c. ne vituperemus laudanda, neve laudemus vituperanda. *Intr. ad ſap. initio. Sanè ita eſt; nec quiſquam erit frontis tam perfrictæ, ut hoc neget. Quocirca parùm ſapienter facere. parum quoq; humaniter, videntur mihi ex noſtratibus, quicunq; Arngrimum Jonam, noſtratem, patriæ noſtræ maſtigibus annos jam aliquot ſeſe objicientem, aut ingrati excipiunt; aut, quod deterius eſt, odio proſequuntur ac invidentiâ. Quorum albo, multi apud nos præſtantiſſimi viri, ſeſe tanquam dato ſigno (ut vulgò loquimur) & tuba canente poeticâ, meritas ipſi agendo gratias, exemerunt: ut ſint præſertim; Dn Einarus Sigvardius ætate, præ reliquis & ſenio gravis, emeritus tandem in Eccleſia hac militante, Ieſu Chriſti miles, multâ pſalmographiâ vernaculâ & prolixis in tota vitâ laboribus, de ovili Chriſti benè meritus. Præterea etiam hi, mediæ ferè ætatis viri; ut eruditione & ingenio etiam in exteris, feliciter exculto, ita virtute & vitâ totâ præſtantiſſimi: Dn. Ionas Gudmundius, Dn. Otto Stephanius, Dn. Olaus Einarius, uterq; ac complures alii innominati, qui certatim & unanimi ſtudio, noſtro Arngrimo, patriæ nomine, gratias egerunt: reliquis quibusdam, ignavioribus & ingratioribus, ſibi & ſuo genio relictis. Inter illos autem, quos potiore nota recenſui, non ultimus eſt, Dn. Magnus Olavius, ſequentium Epigrammatum autor, quæ unà cum his ad Fabricium pagellis, edi juſſeram, quantumvis invito & repugnante ipſo Arngrimo. Nam reliqua, prædict. doctiſſimorum virorum, ad ipſum, Carmina*

Eucharistica, extorquere ipsi, propter adgnatam ingenuo ipsius animo modestiam non potui. Horum autem, quæ hic habentur, præter nutum eius, compos factus, omninò ea supprimi nolebam. Etenim valde iniquum fuerit, mi lector quempiam, bene merentem, & nihilominus, odium, ac malam saltem malorum gratiam reportare: & eundem, insuper bonâ gratiâ bonorum, non licite gaudere, aut laude non prorsus immeritâ, privari. Pluribus sane, & quidē excellentissimis ingeniis insulam hanc arctoam, Div. Clementia dotavit, quibus noster hic Arngrimus suis laboribus chartaceis nihil detractum cupit: Sed tātùm hoc agit; ut quæ patriæ causa cœpit, non impiè aut infeliciter, pro viribus continuet, dum (quod aiunt) alteri lampada cursu tradat. Cæterum vide mi lector, quorsum in Dn. Magni Olavii anagrammatismos, pauca præfaturus, abripiar: Quam tu prosphonesin dextrè accipe, & candidè interpretare, Zoilis sua relinquens, Vale Dat. ex Islandia Boreali, postr. Barthol. An. sal. 1617.

Gudbr. Thorl.

ARNGRIMUS IONAS

per

Acrostichidem, & triplicem Anagrammatismum.

I. AN IN ARMIS SURGO?

Aurea, quod rerum, surgens aurora, theatro
Præstat, ad antipodas nox ubi fusca redit,
Res docet: Arngrimus nobis hoc præstat, Ionas
Ille jubar patriis deliciæq; soli,
Nobilis ingenii, dum nos molimine, claros
Efficit: id triplici quod ratione facit.
Gestiit hoc omen prædicere NOMINE, Numen,
Quàm primùm sacris ablueretur aquis.

Rector

Rector enim mundi sortem miseratus iniquam
Gentis; patronus vester hic inquit. erit:
Inclusumq; notans juvenili in pectore zelum,
Praestandi patriae grande patrocinium,
Mox admirata est semet Natura; AN IN ARMIS
SVRGO? repellendus prodeat hostis, ait.
Vtq; novus Phœbi miles progressus ab arce est,
Quinq; gerens vitae lustra peracta suae;
Sensit opem vexata diu felicis alumni
Patria, militia cui pia coepta dedit.
Judicio pollens, animo generosus, & arte
Clarus, at ingenio promptus & eloquio,
Objectata suis passim convitia, tanquam
Herculeas Ajax reppulit ille faces.
Nam quod ab historicis, & crassâ fece, coacta est,
Obtrectatorum sustinuisse nefas,
Amovit calamo, revolutisq; ordine falsis,
Vera peregrinis conspicienda dedit:
Sarmata cum Batavo, Daca nunc cum Saxone, gentis
Conditio nostrae quae sit, habere potest.

III.

Aliud in Grymogeam.

RIMARIS ANNOS; redundantes duae literae U & G. U-tilis G-enti indigitant.

NOsse sui generis quae sit, gentisq; propago,
A quibus antiquis stirps oriatur avis;
Et quo majorum viguit Respublica cultu,
Haut postrema bona pars ea laudis erit.
Hanc enixa tua est nobis industria laudem,
Arngrime Phœbei fax veneranda chori:

 Utilis

ANAGRAM.

Utilis es Genti, RIMARIS Lynceus ANNOS,
Nosq; facis pulsâ tollere nube caput:
Sanguinus Islandis, quòd sit verissimus ortus
Norvagicæ, clarus nobilitatis apex:
Quis situs, inventor primus, primiq; coloni,
Qui fuerunt, Linguæ quæ sit origo, doces:
Iura, magistratus, ritus, certamina quondam,
Ludicra scire libet, gymnica scire libet,
Aut pugiles quorum hic, fulgebat acinace virtus,
Heroas fortes, fatidicosq; viros.
Hæc, & plura, diu, quæ luminis orba jacebant,
Discussa, auspiciis dat Crymogæa tuis.
Hoc alii tentare fretum fortasse volebant,
Queis dedit Aonio germine Pallas ali,
Hos tamen, ex nostrâ, modò si qui, gente fuerunt;
Difficile in primo limine fregit iter:
Hæc tibi materies, labor hic, tibi contigit uni,
Ingenio saltem res quia digna tuo.
Hanc igitur soli, lucem tibi patria debet:
Ad Furias, rupto viscere, livor eat.

III.

In Exercitium Antivallesianum.

MIRI GNARUS SANO.

ALcinoi, priscis celebratur laudibus, hortus,
Fortè quòd hinc medicæ, colligerentur opes;
Hybla favis locuples colitur, sic Pindus & Hæmus,
Sic Paphos ob flores, terra Cilissa crocos:
Sic etiam præstans Asclepî dogma professi,
Sæpe coronarum promeruêre decus:
Sed tantum Alcinoi, Pindiq; Hyalaq; Paphiq;,
Tum Cilicum flores, quicquid & Hæmus habet,

Innu-

Innumeris superant parasangis, munere Divum,
Quæ meus Arngrimus, pectore gestat opes,
Quantùm rem fragilem, divinæ particula auræ,
Vincit, & in pretio nobiliore manet:
Quantùm animo corpus, tantùmq; Asclepius illi
Omnis ubiq; loci, cedere jure potest:
Namq; potens animi crassis succurrere morbis,
Illius ex horto prodit amœna panax.
Anne gravis morbus pretiosi inscitia veri,
Quem vis herbarum tollere nulla valet?
Haut minimum gravat hæc nostras affectio mentes,
Quos procul â reliquis frigida terra tulit:
Scripta sed Arngrimi, quæ nobis prolicit ardor
Entheus, affecto pharmaca sunt animo:
Hocce sophistarum tecta, en, problemata fuco,
Illius at studiis enucleata probant.
Hinc suspecta patent: quæ sit sententia porrò
Rebus in ambiguis, vera tenenda liquet.
Theologus, gravis historicus fælixq; poëta
Est, legum nodos solvit & implicitos.
Hunc igitur donec glacialis cernitur Arctos,
Ambibit celebris nominis aura virum.
Morbus abit quem dat cæca ignorantia, quare
Iustè anadema sibi vendicat ille sacrum,
His illustre notis; MIRI GNARVS benè SANO;
Si docilis claustrum pectoris error habet.
Hanc illi laudem quisquis trux invidet, anne
Invidet is patriæ, lumen habere, suæ?
Quin potius vastum quòd transmigravit Apollo
Æquor & extremum nunc Aquilona tenet;
Plaudat ovans tantis evecta Islandia donis,
Auctorem famæ laudet ametq; suæ.

Flo-

Floreat ergò precor, perq; illum patria, noster
Arngrimus & vitâ sospite prosper oves.
Nomen & illius series colat aucta nepotum,
Insula dum refluo lambitur ista salo.
Perge, age, vir præstans patriæ decus erige scriptis,
Æternumq; feres post pia fata decus.

Suo olim præceptori Arngrimo Jonæ, optime de se merito, & nunc amico suavissimo

Magnus Olavius ser.

EPIGRAMMA

ad Rever. & præstantiss. virum Dn. Arngrimum Jonam Isl. Eccles. patriæ pastorem vigilantiss. fidelissimumq;.

IN lucem sparsis ISLANDOS carpere libris
Mordaci nimium non est operosa cavillo
Gloria: simplicitas fidei dignissima laude
Sinceræ, quâ præ multis Islandia flores
O nimium felix populis immunis ab omni
Schismate, perpetuæ quod fert mala damna salutis!
Insignes pietate viri, doctisq; politi
Musarum studiis tua templa scholasque gubernant,
In Domino quorum labor utilis, atque beatæ
Promovet innumeros ad gaudia cælica vitæ:
Hinc ARNGRIME probo tua fautor scripta colende,
Contra Blefkenium queis Fabritiumque tueris
Islandos civesque tuos: sic perge mereri
Dilectâ benè de patriâ, doctissime JONA,
Quæ tibi persolvet grates, & præmia digna.

scriptum à
M.GEORGIO DEDEKENNO,
Eccles. Hamburg.

Arn-

ARNGRIMVS IONAS ISL.
Dn. DAVIDI FABRICIO
B. Salutem.

C. Fabricium Luſcinium; cujus cum nomine INTEGRITATEM quoque, amicæ ſalutationis ergò, tibi mi Dn. Fabrici, animo ſyncero comprecor; illum inquam Fabricium, inter Romanæ ac veræ antiquæ virtutis robora, tùm à multis aliis, tùm verò in primis à non ignobili ſcriptore, Valer. Max. recenſum, adeò ab INCONTINENTIÆ pariter ac INCONSTANTIÆ nævo, hiſtorici vindicant; ut Pyrrhi Epirotarum Regis, bellum atrociſſimum Romanis, Tarentinorum nomine inferentis, nec MUNERE corrumpi potuerit, nec METU. Etenim poſt primum conflictum, Romanis quidem infauſtum, nec Pyrrho tamen incruentum (illo XIII, iſtis XVI. millia Dyoniſii fide, deſiderantibus) Pyrrhus hoſtium Imperatori, huic C. Fabricio Coſ. ingentem auri vim obtulit, ſi ſecum pugnare, hoc eſt, transfuga fieri, vellet: Quo conſtanter repudiato (ait Sabell. cus) alia à Pyrrho via inita eſt, ad conſtantiam hominis explorandam: Fabricium enim ſpecie colloquii, in locum ſecretiorem traxit; ubi poſt aulæum, maximus elephantorum, qui in caſtris erant, illâ pugnâ Romanis tum primùm viſorum, de induſtriâ latebat. Ubi ſermone vix benè inſtituto, ſecundum aulæi caſum, ingenti ſtridore bėlua, Fabricii caput percuſſit. Ad quem ictum, nihil vir Romanus exterritus, placidè Pyrrhum reſpiciens; neque heri, inquit, REX, tuum aurum me movit, neque hodiè belua; &c. ita de Fabricio, poſt alios, Sabellicus.

Lib. 4. c. 4.

Æneid. 4. Lib. 8.

Sed quorſum, roges, ad te ſcribens, iſta commemorem?

Invi-

Incidi nuperrimè, mi Fabrici, in ſcriptum quoddam tuum, De Islandia, variis, ut titulus præ ſe fert, autoribus exdecimatum. Quin etiam orbem reliquum, præſertim utramque Indiam, tuo labore hiſtorico antea abſoluto, Germanis innoteſcere, ex præfatione tuâ dedicatoriâ, colligere eſt. Quòd quùm ita ſit; & quum nobile Fabriciorum nomen, tute cognomento aſſumpſeris, volui etiam nominis occaſione, prædictarum Fabricii virtutum, hiſtoricum profeſſo, ſummè neceſſariarum, reminiſci: ut ſi iiſdem jam præſtes, laudari te, communi bonis elogio, intelligas. Sin verò ad earundem apicem, aliquid adhuc reliquum tibi eſſe ſenſeris, ipſum te Fabriciorum nomen, id ſtudioſè ſectandum eſſe, moneat.

Quid verò in C. Fabricii continentiâ & conſtantiâ polemicâ hiſtorico imitandum proponi cenſeam, expedire me jubes? faciam breviſſimè. Nimirum, quemadmodum is contra hoſtis potentiſ, & Ducis, ſecundum Alexandrum (ut ab hiſtoricis celebratur) fortiſſimi, quippe qui ab Hercule genus paternum, maternum ab Achille duceret, dolum & attentamenta, animum obfirmavit, ne qua ratione, à boni Conſulis & Imperatoris officio, diverſus abriperetur; ita ſane hiſtoriarum ſtudioſus & ſcriptor, adverſus ſuum hoſtem, hiſtoriæ videlicet quam tractat, infeſtiſſimum, hoc eſt, FABULAS & FIGMENTA, inexpugnabilem præſtare ſe tenetur. Difficilis, me hercle, illa pugna, nec omnibus, ſcriptorum nomen mereri volentibus, ſat feliciter depugnata. Auro, Fabricium Pyrrhus, & ELEPHANTO, pertentabat: AURUM quoque eſt, mi Fabrici, quod ſcriptores hiſtoricos à ſuo interdum tramite tranſverſos agit: ſcilicet alios aliter. Quidam enim res Magnatum in illorum gratiam ſcripturi, narrationes ſuas, quando aliter, quam res habeat, contexunt, eorundem loculis avidius inhiant. Quidam verò inferioris ſortis, nova novorum, mendacia, miracula, ut pluri-

plurimum ficta & fabulosa, omnique Alcinoi apologo vaniora, hincinde, non rogati, conquirunt atque compingunt, & historiæ nomine falso venditant, vel sordidissimi lucelli causâ, quò tabernas librarias & typographicas, hoc invento, satis inverecundo, emungant: præsertim ubi dedicatoriam aliquam speciosam præfigere ausint. Hæc illa est auri sitis, ut militiæ imperatori, ita rerum scriptori, valdè noxia.

Per BELUAM vero Indicam palteram Pyrrho contra Fabritium machinam, quid? quàm Belua illa multorum capitum, indicâ longè immanior, intelligenda venit; vulgus inquam, Vulgique fama, ut inconstantissima, ita mendacissima:
Plus ficti pravique tenax, quàm nuncia veri.

Anne hic ille est BARRUS, non uno proboscide caput feriens sapientis, sed multis? qui quot capita & linguas habeat, tot & tam discrepantibus sententiis ac rumoribus cerebelli antra scriptoribus perturbet: Ubi jam Fabricii illa CONSTANTIA opus, quæ quod res est, saltem sequatur; ad fictos, vanos, miros FAMÆ stridores, quacunque tandem NOVITATE, aut etiam TERRORE acutos & intensos, immotâ. Post aulæum quasi NOVITATIS, hæc sæpius belua latitat: quòd dū oculis & auribus scribentium, non ruptū obtenditur, minus illa agnoscitur: præsertim quia (quod verè dicitur) Natura est hominis novitatis avida. Quæ AVIDITAS etiam cordatis alioqui viris sæpius obfuit, quo minus historiæ & relationibus suis multa vana, falsa turpia, immo & impossibilia miscere dubitârint: Minus vero cordatos ita fascinavit, ut hæc ipsa & ferè sola, historiam polliciti, coagmentârint.

Exemplo sit unus, pro multis, Dithmarus quidam Blefkenius, An. 1607. scriptum de Islandia publicans, quàm mole suâ exiguum, tàm contumeliis & maledictis refertum, ac interim Illustr. Hollandiæ Ordinib. inscriptum: saltem ut novitatis avi-

do Lectori,& suo genio, non expensâ, quæ gentem innocentem inde maneret, injuriâ, satisfaceret. Contra quem responsum, typis Holensibus in Islandia boreali editum, dedimus Anno 1612. (totum namque quinquennium maleficium illud nos latuit) titulo, Anatomes Blefkenianæ: posteà Hamburgi recusum: quò etiam lectorem syncerum remittimus, ne repetitione eorundem, nimis excrescat Epistola: si tamen, citra tædium, paucula hic attigero, ex iis, quæ præsens Islandiæ descriptio tua, mi Dn. David, â Blefkenio isto mutuata esse videatur: ut quanto cum periculo, scriptoribus circumforaneis sapiens adhærescat, vel hinc cõstare possit. Quod, quum veritatem tibi habeas propositam, obligante te conscientiâ historici, non ægrè aut molestè feres: Non enim offensam, sed officium, communium studiorum devinctione, hac in parte præstare, nostro decrevimus Fabricio.

Dederam anteà in vulgus, An. nempe 1609 Rerum Islandicarum pleniorem & veram descriptionem, Grymogæas titulo, editam Hamb. quæ & annis secutis, nundinis Francofurtensibus prostabat, ut ex earundem catalogo videre est. Dedi etiam adhuc juvenis, An. 1593. primum pro Islandiâ libellum apologeticum saltem: editum Hafniæ Dan. & in Germaniâ importatum, adversus scriptorum superioris paulò ætatis errores, & recentiorum sycophantias, ad exagitandum nomen Islandorum excogitatas: eo fine, ut in posterùm, circa variorum de Islandis scripta contumeliosa, nullus vel paulò humanior, menti minus sanæ indulgeret. Indulsit tamen Dith. ille Blefkenius insanissimè, ut modò dictum: qui tertium & postremum pro Islandiâ libellum, vel invitis nobis, diris suis calumniis extorsit. Hi tres libelli, res concernentes Islandicas, diversis temporibus & occasionibus diversis evulgati, quum adhuc, ut existimo, in bibliopoliis prostent, præterquam, quod omnium manibus terantur, tàtò ero in tuis ex Blefkenio, mi Fabrici, repetitis parcior, quantò,

quæ ab utroq; contra rei historicæ naturam, allata sunt, meis illis manifestiùs redarguuntur.

Primus autem in hâc scriptiunculâ discursus esto, de Religionis Christianæ apud Islandos, initiis: Quæ vos ad Valdemarum secundum, Daniæ Regem; & præterea hunc, in Annum Christi 1398. (millesimum trecentesimum nonagesimum octavum, inquam.) unanimiter, & sine hæsitatione, refertis: Ingenti (Deûm atque hominum fidem!) & indignissimo errore (an verò pertinaciâ) & tàm recenti gestorum memoriâ, atque in ipso historiarum clarissimo meridie, intolerabili. Cujus clarissimi erroris Blefkenius in suâ Anatome convincitur, pagin. 41. & deinceps. Qui etiam per continuam Regum Norvegiæ & ex parte, Daniæ, successionem, ex utriusque Regni Annalibus, bonâ fide repetitam, planissimè monstratur ac refutatur. Hic verò ex abundanti, ut loquuntur, præter documenta historica, illic allata, etiam adhuc quædam domestica, nec non exoticæ historiæ fragmenta quædam. ad idem evidentissimè convincendum, assumentur. Valdemarum porrò II. plenis buccis loquimini, [eius nominis secundum, ait Blefkenius: de ander des Nahmens / Fabric.] ne sc. per notarum numeralium errorem quempiam chronologia vestra salvari possit. Ergò, quisnam fuerit Valdemarus II. Daniæ Rex; & quâ tempestate vixerit, primo loco vestigandum.

De initiis religionis Ch. apud Islandos.

Valdemarus itaque II. Danorum & Slavorum Rex, cogn. victoriosus, natus est patre Valdemaro I. etiam Danorum &c. Rege, Anno Christi 1182. defuncto; Regni 25. sepulto Ringstadii in Selandia Danorum. Avum paternum habuit Valdemarus II. Canutum V. Daniæ &c. ac etiam Obotritorum Regem salutatum, iubente Lothario Imp. Ann. 1128. Fratrem etiam germanum, Canutum VI. qui ut natu major, patris in regno successor fuerat; Anno 1202. hâc vitâ functus: regni, 2?. ætatis 40.

Valdem. II. quis? Pater. Valdem. II. Avus. Frater germanus.

 Cui

Cui in regno Valdemarus II. suffectus est, Anno Christi 1203.
Regni initia Duratio. Amplitudo. annos 40. eodem potitus: Obtinuitque jure majorum, cum eo, quod ipse, rebus præclarè gestis, sibi acquisiverat, regnoque adjecerat Danico, Vagriam, & Nordalbingiam, ultra annos 20.
Coniugium primum. Primam uxorem habuit Ingeburgam, Henrici Leonis filiam: Ottonis IV. Imper. sororem, nuptiis Hamburgi celebratis: Affinit. ex sorore, Deditque vicissim Adelhedam, sororem germanam (ut existimo) nuptum Vilhelmo Duci Luneburgico, Ottonis IV. Imper. fratri: nuptiis similiter Hamburgi sollenniter peractis: ac ab Henrico Palatino Rheni, sponsique & Ottonis IV. fratre, cum reliquâ Principum coronâ, cohonestatis.

Secundum Vald. conjugium. Decedente verò sine liberis Ingeburga, Ann. 1204. Secundam conjugem duxit Valdemarus II. Margaretam, Joannis Bohemiæ R. filiam, nuptias Lubecæ celebrans Ann. 1205. Iniens autem Regnum, Ann. ut supra, 1203. Lubeca potitur. Lubecam, ut Vagriæ & Nordalbingiæ dominus, in potestatem accepit; arce vel castro regio ibidem excitato: & Comite Adalberto de Orlemundo, Nordalbingiæ vicario seu vicerege constituto: Potitusque est Valdemarus II. Lubecæ dominio Annos 24. dum eodem, civium fraude, (ut perhibetur) capto præfecto arcis R. arceque direptâ ac dirutâ, spoliaretur, Ann. 1226. nunquam postmodum recuperato: Spoliatur. cujus rei gestæ memoriam, Vicus ubi Regia Dani steterat, die Königs strate dictus, obsignare creditur.

Anno Christi 1206. dimisit Rex Valdemar. II. Valdemarum quendam Episcopum Slesvicensem, è quatuordecim annorum carcere, intercedente Pontifice Romano, & ipso captivo ad obedientiam sese obligante, qui quum promissis & juramento non staret, apud Pontificem â legatis Valdemari II. accusatur.

Anno 1207. militem sufficit Ottoni Imp. contra Philippum Augustum de imperio contendentem.

Ann.

Anno 1208. stravit Vald. II. Albim ponte laboriosissimo, ad militem Bucchardo, Stadensi Episcopo, transmittendum, contra Valdemarum illum, qui jam Episcopatu Slesvicense cesserat, & Bremensem occupaverat, qui idem Anno 1209. Bremâ ejectus est.

Ann. 1210. Nascitur Valdemarus III. Valdemari II. ex Margareta conjuge filius, qui patris designatus successor, paulo pòst, sexennis coronatur; cujus amita nubit Erico, Sueciæ Regi; Anno quo ipse Valdemarus III. natus est.

Ann. 1211. nascitur Valdemaro II. & Margaretæ f. Canutus, & ipsa Margareta, Dan. Regina, obit 1212.

Ann. 1213. Duxit Valdemar. II. tertiam conjugem Berengaram, Ferdinandi Comitis Flandriæ sororem: quorum filii, Ericus, Abel, Christophorus, omnes olim Daniæ R. R. & noxia ac funesta imperio Dan. fratrum triga. Horum autem annum natalem, brevitatis causâ, omitto.

Hoc eodem Anno, Innocentius III. Pontif. Ottonem IV. Imp. excommunicat, Friderico II. Siciliæ R. & Barbarossæ pronepote, eidem substituto: Qui à Valdemaro II. per legatos sollicitatus, perpetuas & inviolabiles amicitias, eidem confirmavit; & de consilio & consensu Principum Imperii, omnes terminos, ultra Eldoram & Albium (prout habetur in Diplomate) pro pace Danici Regni constituendâ & hostibus Romani Imperii coërcendis, Regno Valdemari addidit, &c. Datum apud Mezios, Ann M CC XIV. Hæc Cæsaris indulgentia, postmodum ab Alexand. IV. Pont. stabilita legitur.

Ann. 1215. Otto IV. Imp. scilicet excommunicatus, & in Daniâ ac deinde Angliâ exulans, redintegratis postmodum viribus, affinis sororii, nempe Waldemari II. Dan. Regis, amicitiâ & beneficio posthabito, Hamburgum Waldemari II. oppidum obsessum cepit; qui & ipsam Daniam adorsus, fortiter repressus est, & Hamburgum receptum.

Ann. 1219. Expeditio Valdemari II. in Livoniam facta est ad rebelles in officio continendos, & fidem ac religionem Christianam asserendam: ubi etiam Ecclesias constituit & dotavit. Berengarâ Reginâ, magno subditorum applausu, demortuâ, anno sequente, nempe 1220.

Ann. 1221. Dominicanorum ordo in Daniam invectus est, per commendationem Pontificis R. procurante id negotium Gregorio de Crescentia Cardin. tum temporis in Daniâ versantis: interprete usus Frat. Salomone Dano, qui Veronæ ipsum S. Domini audiverat. Residentia Dominicanis concessa est, Lundæ Scanorum.

Ann. sequente, Concilium Slesvvigæ ab eodem Cardinale, authoritate Honorii P. coactum est, & sacerdotibus conjugio interdictum, &c.

Et hactenus quidem sub eximio R. Waldemaro II. res Daniæ floruerunt; dum is Ann. jam 1223. cum filio, Waldemaro III. ab Henrico Duce Suerinense, per dolum captus, ultra biennium in carcere detinetur: Cùm Waldemarus anteà domuisset Curlandos, Esthones, Livones, Prussiam, Pomeraniam, Megapolitanos, cum totâ Nordalbingia. Liberatus autem ex carcere gravibus conditionibus, Waldemarus II. legatis missis à Pontif. Innocentio III. contendit, ut à juramento coacto absolveretur.

An. adfuit Waldemaro II. Legatus Pontificius, Episcopus Mutinensis, &c. Quo etiam anno, hic Daniæ Rex, filiam Regis Portugalliæ, Eleonoram, per legatos adductam, filio Waldemaro III. uxorem tradit; nuptiarum solennitate, Ripis in Cimbria, peracta ad diem fest. Joan. Baptistæ.

An. 1230. Otto quidam Cardinalis à Pontifice in Daniam ablegatus, clerum informavit, hoc Waldemaro II. rege.

Ann. 1231. Eleonora puerperio extincta est: III. Idus Mai,

ut etiam coniunx, Waldemarus III. idque IV. Kalend. Decem. anno eodem.

Ann. 1232. coronatur Ericus, Waldemari secundi, ex Berengarâ, filius.

Ann. 1237. Ducit uxorem, Mechthildem, Adolphi Holsatię Ducis filiam, Abel; alter Waldemari II. ex Berengarâ filius: Et Ericus modò dictus, Juditam, Alberti Ducis Brunsvicensis f. quarto gradu consang. junctam, dispensante Gregorio IX. Pontifice.

Ann. 1238. Abelis socer, Dux Adolphus IV. fit monachus, & sacerdos initiatur ab Innocent. IV. resedit Hamb.

Ann. 1242. mortuus est Waldemarus II. quinto Kalend. Apr. Anno regni, & ab obitu fratris Canuti VI. quadragesimo: Magnâ Ecclipsi solis, mortem tanti Regis, atque hinc secutam cladem Regni Dan. portendente. Quarè, quod in Anatome Blefk. annotatum est; Bletkenium, ducentis ferè annis, à verâ Waldemari II. ærâ abesse; ad initium, non finem regni ipsius referendum est.

Patrem Waldemarum II, f. Ericus V. in Regni administratione excepit: qui deinde Ann. 1245. ab Innocent. IV. ad Concilium Lugdinense evocatus, cum omnibus Regni Daniæ Episcopis; per legatos, occasione turbarum domesticarum, semet excusavit, &c. Anno eodem interfuit & præfuit Joann. de Placentiâ Concilio Othoniensi, in Fionia Danorum habito: in quo repetitum est bannum (quod vocant) Leonis Papæ contra sacrilegos: Quod & à Gregor. IX. Pontificatus Ann. 8. Perusiæ ratificatum & per Daniam divulgatum est.

Eodem etiam Anno, consilia Principum, de hoc Erico V. in Imp. Romanum deligendo, agitari cæpta sunt, teste Joann. Aventino. Sed quousque tandem procedam?

Anne verò hinc jam satis superque liquebit; Quisnam fue-

rit Waldemarus II. Dan. Rex: & qua tempestate Daniam rexerit, cum provinciis aliis, quam Norvegiâ aut Norvegiæ coloniis; quæ ut anteà, ita tùm, ac multo deinde seculo, indigenis & domesticis Regibus sunt usi: qui, in Anatome Blefkenianâ ordine, & per suos quisque annos recensentur. Nec verò in totâ Waldemari II. vitâ, adeò accuratè ab aliis descriptâ & exoticis historiis locupletatâ, ulla uspiam fit dominii in Norvegos aut Islandos mentio. Quod duplex Argumentum, si quem minus moveat, per me sanè licebit, cum Blefkenio insaniat.

Nec verò etiam est, unde quis huic Chronologiæ, tanquam à privato quopiam, ac in historiis minùs exercitato, consutæ, parùm auctoritatis aut fidei tribuendum existimet: consistit etenim multarum & diversarum nationum documentis historicis: quæ magnâ fide, magno ingenio, nobilissimus vir, historicus graviss. Dn. Arnoldus Hvidtfeld, Dn. de Lillo &c. Reg. Daniæ olim Secretarius consultiss. postea senator & Cancellarius Regni ampliss. ad sui operis Chronologici, linguâ vernaculâ editi, consummatio adscivit, ac ad certam annorum diataxin redegit.

Quod si adhuc omnia ista, parùm vos movebunt, mi Dn. Fabrici; en vobis virum Germanum, historicum &c. eximium, ut benè scitis, clariss. illum Dn. Davidem Chytræum, maris Balthici accolam, & Academiæ Rostoch. lumen, cujus calculum Chronologicum de Rep. plagæ Arctoæ freti Balthici angustiæ eluere aut eludere non poterant.

Hic in synopsi suâ Orbis Arctoi Chorographica testatur: Margaretam Semiramidem illam Danicam, Weldemari IV. (non verò II.) filiam, Ann. Chr. 1387. Regnum Daniæ adeptam. Quomodo igitur Waldemarus II. Ann. 1398. Res Danicas vobis administrabit? An etiam adhuc plura? Scio Fabricium non

non poscere: Blefkenio autem quid demum satis sit, difficile est conijcere.

Horum autem omnium hæc praxis esto: ut præter ipsissimam rerum Danicarum historiam, consulantur Dynastarum exoticorum acta, & vicinorum populorum historia, hic saltem delibata: Nempè Imperatorum Rom. Pontificum etiam Rom. Tùm etiam Ducum, ut Holsatiæ, Brunsvigi, Meckelburgi, Sverini, &c. itemque Comitum; & urbium celebrium, ut Lubecensis, Hamburgensis, Bremensis: ac Wandalicarum & Livoniæ, &c. quibus cum Rege Waldemaro II. res fuerat & negocia intercesserant. Quò scilicet, per istorum omnium epocham (quam vocant) & annos, utpote Germanis scriptoribus notiorem, hujus nostri Waldemari II. ætas, ab assignatâ eidem â Blefkenio ærâ, quantùm distet, vel cæco appareat.

Hinc namque efficitur primò: Blefkenium à verâ Waldemari II. Reg. Dan. (quod & suprà attigi) & in Anatome Blef. annotatum reperitur, ærà, annis pene ducentis, nempe 195. si initia regni supputentur; si finis, 155. abesse. Deinde efficitur, Eundem Regem Waldemarum, quum Norvegiam nunquam possederit, nusquam Islandos possedisse. Vide etiam Crymog. & Anatom. Blef.

Jam porrò, Islandos ad ann. usque 1398. idololatras & Ethnicos non fuisse, quibus tandem rationibus, contra Blefkenium adhuc obtinebo, præter eas, quæ allatæ sunt in Crymog. libr. 1. cap. 10. [ubi pag. 104. æra Thangbrandi, sacerdotis extranei, per 97. corrupta est errore typographico, quum debeat legi 997.) & toto lib. 3. usque ad tempora D. Margaretæ.

Quamvis autem convulsâ & eversâ basi, per se concidat ædificium, ut, dum Waldemari II. æra Blefkeniana labefactatâ; non possit consistere, ejusdem de initiatis Christianismo Islandis, fides: Tamen, eo non contentis, plura

recitabo, maleferantæ Chronologiæ Blefkeniæ evertendæ documenta.

Nempe Pontificum Rom. bullas, in superioribus libellis præteritas (utqui nostrorum Annalium fidem nudam & sine fuco aut phaleris exhibuerint) majoris auctoritatis ergò hic producam: Unam quidem Anastasii, Ann. 1154. statuentis; ut Norvegia suum, sicut Dania suum haberet Archiepiscopum, cujus sedes foret Nidrosia: quum hactenus Episcopi Norveg. Archiepiscopo Lundensi Dan. paruissent. In hac bulla, nomine nomine notatur primus Archiepiscopus Nidrosiensis, Joannes: Cui Ecclesiæ Orcadum & Hebridum, tùm verò etiam Islandiæ & Gronlandiæ, nominatim assignantur.

Est & altera, Innocentii nempè III. bulla, anno 1195. ad Episcopos tàm Islandiæ quàm Norvegiæ, contra Sucrrem quendam Norvegiæ regnum (ut fert bulla) injustè invadentem. Quorsum autem hæc, si Blefkenius verus est Chronologus, & Islandi ad annum usque 1398. Ethnici vixerunt? Quinetiam Ann. 1330. Pontificis Rom. nomine, ab Ecclesiis Islandiæ, suppetiæ, nescio quæ, rogatæ sunt. Et Ann. 1265. Regis Norvegiæ in Islandia præfectus, IVARUS Holm, per recentem Pontificis Romani bullam, de negociis quibusdam, cum Episcopis Islandiæ transegit. Scio omnino, Blefkenium, non tàm malum, neque malignú esse practicum, quin hinc de initiatis Christianismo Islandis, satis arithmeticè, etiam contra seipsum concludat: quem adhuc hoc ipso anno superstitem, mihi affirmant, aucupes Belgiæ, hisce mensibus advecti.

Jam in Grymogæa legitur, ex primis Islandiæ Episcopis nonnullos, tùm candidatos, Pontificem Rom. salutasse, eoque jubente, initiatos esse: primùm quidem ab Episcopo Hamburg. Anno 1057. A Moguntinensi alterum, Ann. 1082. Tertium ab ab Adzero vel Assuero, Archiepiscopo Lundensi in Dania, an. &c. vid. Grymog.

Nam

Nam quod ex Krantio obiicitur; primum Islandiæ Episcopum Isleif. ordinatum Anno 1070: variis modis poterit refelli: tùm ex ipsius Isleifi vitâ, hic & in exteris transactâ: tùm ex ætate Alebrandi & Adalberti Episcoporum Hamb. sive Brem. Set non meretur Blefkenii Chronicon prolixiorem refutationem. Non dubito interim, quin de Isleifo, sit in Crantzio mendum typographicum pauculorum istorum 27. annorum.

Ut autem hoc membrum concludam, ex superiorum librorum Annales Islandicos profitentium paginis, ista saltem repeto. In comitiis insulæ Island. anniversariis post multorum annorum certamina & disceptationes de fide Christianâ amplectendâ; in eandem publicè & solenniter juratum est: Anno Christi 1000. &c. Quicquid tandem noster ille pseudohistoricus Blefk. oggranniat.

Et de hac parte Descriptionis Islandiæ, sive alterius, sive utriusque vestrûm, ista brevissimè.

Nunc ad reliquam Islandiæ descriptionem tuam, mi Fabrici, per hysterosin, reversus; prima quidem tria capita, De situ: de nomine seu appellatione: De primis inventoribus Islandiæ; ut & quintum caput, De victus ratione (si tamen hîc quædam excipias) cum Sexto, De linguâ gentis, &c. nihil admodum reprehendendum habere existimo: quæ si ex meâ Grymogæâ translata non sunt, ad eam proximè accedunt: Nisi quod Alebrandum seu Alebrādinum, Episcopum Bremensem, Ann. 1400. superstitem facis cap. 3. quum Ann. 1043. mortuus sit: juxta fidem Chronici Bremensis: cujus autor ipsi Alebrando synchronos fuerat. Nec etiam propius verò, Blefk. qui Alebrandum in Ann. Christi 900. collocat: Vid. Anatom. Blefk. pag. 37. Vocabatur autem Bozelinus Alebrandus Hvitfeld. pag. 157. in Canuto Magno: ubi de initiatione Alebrandi, à Bremensi chronico, biennio discrepat; sine dubio, typographi errore; quum ejusdem Chronici fidem, in his, potissimùm sequatur.

Sub finem Capitis quinti, (ut etiam Cap. 4. ebriositatem nostræ genti, de negotiationibus exterorum loquens, facetè exprobras, mi Fabrici, in hæc verba. De Kop ys nicht fast vnde bundich/ydt sy denn/dat se mit vnsem Wyn vnde Beer/ als eine Sackpype erst woll vpgefüllet syn/ vnde einen guden Krop gesammelet hebben/ꝛc.

Idem est Cap. 4. Den Wyn vnd Beer/so vth frembden Landen dar hengebracht / vnde vor andre Jslandische Wahre vertüschet effte vormengelt werdt/sparen se nicht lange: Sondern maken darvan mit den Naberen alsbalde gut Zeche vnd frölich Leuendt / beth ydt alles vth ys/ vnde solckes geyt by der ryge / effte by Borten vmme. Nos etsi vitia nostrorum hominum, præsertim vulgi promiscui, uniusve aut alterius, ex sentinâ plebis, sese offerentis; non excusamus. Eam ad quamvis aliam virtutem, quam sobrietatem, Germani quovis duce & magistro uti eligimus: ut in cujus nationis homines, non recens sit dicterium illud jactum:

Germani cunctos possunt tolerare labores;
O utinam possint tàm bene ferre sitim.
Quàm si bellipotens Germania tolleret; Hercle
Fortior hâc usquam natio nulla foret.

Ac inter doctiores Germanos nuperrimè ita quidam de conviviis locutus.

Cum gemitu & fremitu, cum pudore & rubore, hîc recordor, inclytæ nostræ Germaniæ, cujus πολυποσία reliquarum nationum ore, fœde traducitur, &c. Item.

Me miserum, ipsâ suâ Germana modestia sede
Exsulat, & luxus virtutem ejecit avitam, &c.

Suspecta itaque est Doctoris auctoritas, si, ut ex Catone canunt, culpa redarguat ipsum. Quid verè, inquies: Censen tu omnes vel singulos Germanos crapulæ & heluationibus deditos,

Mi-

Minimè gentium inquam: Neque enim istorum carminum ego autor sum. Similiter nostræ genti, ob paucorum nævos, sordes, fæditates, &c. à Blefkenio parum oportuit; ne tantùm convitiorum pelagus in nos effunderet, quantum ex ipsius Islandia, omnium oculis hauritur: Unde magnam tuæ narrationis partem (ignosce: & verum agnosce) ut rivum ex fonte, derivasti: Sed longè modestius & majore cum verecundiâ: dira quædam ipsius maledicta & fæditates, omittendo: Licet etiam multa hic reperiantur, quæ veritati & justitiæ vim inferant. Injustum enim est, omnes paucorum noxam præstare, aut crimen prorsus confictum, luere. Ut si inventus sit unus aut alter venificus, mœchus, rusticè discumbens, lotio semet aspergens: &c. vel reliqua designans, quæ habet Blefkenius: morem gentis id facere: Dæmonum familiaritatem universæ genti affricare, adulteria & stupra pro vitio non reputari; affirmare; immò, ut ille Blefkenius filias cum laude prostitui exteris: &c.

Hinc multis familiarem Elenchum, in Blefkenianâ Anatome monstrare, tutius visum est; quam objecta ipsius, aliarum nationum similibus exemplis, paucorum hîc deprehensorum inurbanitatem excusare. Interim quæso, cur tanti sint urinarum lotiones in Islandia, ut sine iis constare Islandiæ descriptio nulla possit, quum eædem in Iberia aliquando usitatæ tamen nullorum oratione hodie celebrentur? Et ne fingere dicar, (Blefkenniano more) Apulejum audite libr. 1. Mag. Apol.

Nisi fortè, inquit, in eo reprehendendus sum, quod Calphurniano pulvisculum ex Arabicis frugibus miserim; quem multò æquius erat, spurcissimo Hiberorum ritù, ut ait Catullus, suâ sibi urinâ dentem, atque russam pumicare gingivam, &c.

quâ

quâ ipsâ de re, ſuum Calphurnianum, Apulei carmine compellaverat tali in Apolog. Magiæ.

Apulei Epigramma.

Calphurniane ſalve, properis verſibns:
Miſi, ut petiſti, munditias dentium,
Nitelas oris, ex Arabicis frugibus,
Tenuem, candificum, nobilem pulviſculum,
Complanatorem tumidæ gingivulæ,
Converritorem pridianæ reliquiæ,
Ne qua viſatur tetra labes ſordium,
Reſtrictis forte ſi labellis riſeris.

Catulli verò Epigramma in Egnatium, quod citatur ab Apuleio, ſic habet.

Catulli Epigramma.

Egnatius, quod candidos habet dentes
Renidet uſquequaque, ſeu ad rei ventum eſt
Subſellium, cum Orator excitat fletum,
Renidet ille, ſeu pii ad rogum filii
Lugetur, orba cum flet unicum mater,
Renidet ille: quicquid eſt, ubicunque eſt,
Quodcunque agit, renidet: Hunc habet morbum
Neque elegantem arbitror, neque urbanum.
Quare monendus es mihi, bone Egnati,
Tu præter omnes, une de capillatis
Cuniculoſæ Celtiberiæ fili
Egnati, Opaca quem bonum facit barba,
Et dens, Hiberâ defricatus urinâ.
Si urbanus eſſes, aut Sabinus, aut Tiburs,
Aut parcus Umber, aut obeſus Hetruſcus,
Aut Lanvinus acer atque dentatus,
Aut Tranſpadanus: ut meos quoque attingam,
Aut quilibet, qui puriter lavit dentes,
Tamen renidere uſquaque te nollem:

Nam

Nam risu inepto res ineptior nulla est.
Nunc Celtiberus, Celtiberiâ in terrâ,
Quod quisque minxit, hoc solet sibi manè
Dentem atque russam defricare gingivam;
Ut quo iste vester expolitior dens est,
Hoc te ampliùs bibisse prædicet lotii.

Accedit gravis autor Strabo, cujus verba ex Lib. 3. de Iberis, sic Latinè posita legimus: Quæ ad oceanum vergit, & Borealis pars est, propter frigora rebus indiget: Reliqua autem adhuc, amplius, propter hominum incuriam & negligentiam; & quod nullam institutionem amplexantes, ferinis affectionibus pessimisque moribus vitam ducunt. Nisi quispiam eos rectum vitæ institutum sequi putaverit, qui lavacra ex lotio, in cloacis aliquamdiu retento, sibi faciant: Quique sibi ipsis, suisque uxoribus dentes ita candidant; quemadmodum & Cantabros, confinesq; illis gentes factitare, fama est. Sic Strabo.

Si crimina, criminibus alienis, aut inurbanitatem inurbanitate exterarum gentium, salvari putarem; colligerem patrocinio nostri etiam in quibusdam cultissimæ jam Germaniæ locis, similia quæ visuntur, non magis urbana, quam de quibus nostrates à Blefkenio & multis aliis, jam diu male audiunt: Cujusmodi non dissimulavit, clarissimus, nostra tempestate, scriptor, Justus Lipsius, sibi in agro Oldenburgensium, aliquando deprehensa: Centur. II. Epistolarum; Epistolâ præcipue 73. ad Janum Dousam, An. M D LXXXVI.

Oldenburgi sum (inquit) mi Dousa. Ubi, malim, istud? inquies. Oppidulum est in Westphalia, tertio lapide à Bremâ, &c. O omina molesta in hoc tempore! sed Dii porro juvent, adhuc fero & resisto. Apud vos, quo loco sint, scire velim. Nam hîc quî qui inquiram? In Schytarum Eremiâ mihi vide or; nec inter homines, satis certò. Omnes hîc Suilli, Scrofæ, Porcii; & uno ver-

bo,tui Hermanni. O Batavia! o amiculi! vos mihi in mente,& ad vos adſpiro. Concl. in Barbaria apud polyphagos, 3. Non. Octobr. Et Epiſtolâ xiv. eiuſd. ad Janum Hautenum.

Oldenburgum ecce veni,&c. Manendum in nidulo illo fuit. De totâ vitâ meâ hæreo &c. Omitto moleſtias & tædia hoſpitiorum præſertim: quæ hic pluſquam Germanica. Crede mihi amice, Barbaria, nulla barbaria eſt, præ hâc Weſtphaliâ. Cætera Germaniæ ferè; vidi: quid dicam? Deliciæ illæ locorum & hominum ſi cum iſtis comparentur; &c. Oldenburgi, ex harâ, quàm hoſpitium appellant, &c.

Item xv. Epiſt. eiuſdem ad Joh. Heurnium.

Ego, mi Heurni, quod vos medici miremini, vivo. paſſus enim ea in hoc Weſtphalo itinere ſum, quæ nemo olim Cynicus aut patientiam profeſſus. Omnia humana mala me exagitarunt, ab aere, ab aquis, â cibis. Venti & pluviæ perpetuæ: cibi non dicam barbari, ſed vix humani, &c. Ecce in hoſpitiis (ſic appellabo? eſſi revera ſtabula aut haræ potius) primo initu poculum aliquod obtruſum cerviſiæ olentis aut tenuis & ſæpe à recenti coctione calentis. nec recuſare fas, niſi elegiſſes expelli. Hic guſtulus erat, & ad ignem, cum aurigis aliquot aut ſcrophipaſſis; eadem illa portio iteranda; cum ſollenni elegantia ad ſingulos potus porrectæ manus. Interea menſa ſternebatur (nec dicam de mappâ noſtri) & jam calor meus inhiabat in cibum, Sed heu, primum ferculum è larido ſpiſſo, pingui; & addo, crudo. O rem mei ſtomachi! Quid facerem? poſcere aliud, nefas. Specto igitur & taceo; & buccellas aliquot panis frango; atq; utinam, panis? Sed revera mi Heurni; ſi colorem, ſi pondus, ſi totam faciem vidiſſes, juro tibi, pejeraſſes de pane. Ater ille, gravis, acidus, & formatus in maſſam quaternos aut quinos penè pedes longam, quam ego ne elevaſſem. Plinius mihi in mente, qui de hac aut finitimâ gente ſcribit: miſeram gentem eam, quæ terram ſuam ureret. Ego verius: Miſeram, quæ terram ederet. Sed vide

vide alios missus. Diu exspectato, Ecce tibi caput jam cænæ, patina grandis, plena brassicæ confectæ. Ea jurulenta est (virulentam mihi calamus scribebat) adipe porcino, ad digitum eminente ac superstante. Hanc ambrosiā non comedunt mei Westphali, sed vorant. Ego quidē nauseo & fameo, atq; ad extremum passulas aliquot è facciperio meo haurio, quas cum pane lentè gusto. Invidiam ea res habuit & sermonem: sed ego cum hospite convivas iratos habere malui, quam Hygeiam. Deniq; & famulus meus insusurrabat iis de morbo. Extremum ferculum caseus fuit; sed ita putridus, ut diffueret: Hoc ipsum tamen illi habent, ut cerebrum Jovis, &c. Hæc in mensâ: vis etiam lectum? planè electum. Lecticæ pleræq; ordine, ad utrumq; latus: juxta eas vaccæ, vituli, equi: supra, pulli & gallinæ: subter (testor numen) porci. De pulvino aut linteo, oro te, noli quærere: Mendicorum nostrorum tegetes longè meliores ac puriores, aut centones, Emdæ xviii. Kal. Novemb, M D LXXXVI.

Item Epistola xvi. eiusdem ad Petr. Colvium Teneor Oldenburgi, inter homines semihomines &c. Non. Oct. MDLxxxvi.

Jam si Oldenburgenses, si aut alia quævis natio, Hiberica gens cultioribus orbis partibus aliquid cesserit; nec tamen Historicis nostri ævi peculiarem scribendi suppeditat materiam, quibus jam satis est, quod olim ob hæc malè audierint; posset ne etiam in viliore nostra & miseriore plebecula, ferri, si ipsis Oldenburgensibus (aliisve) alicubi vel in aliquibus cedat, nisi non desint scriptores extranei, qui libellis improbis, nunquam intermissis, eius rei memoriam semper recentem vigere sinant: ut sc. fit, unde levia ingenia extremos Islandos irrideant, tanquam ad nullam omnino aut corporis ac morum, aut ingenii culturam natos. Qua de re plura in Anatome Blef.

Jam verò mi Fabrici, quod in Blefkenio est mera calúnia, mēdaciū, pertinax inscitia: ut qui experientiā ppriam, tū quoq; Annales nostros passim vel ubiq; allegat, in te, ab ipso seducto saltem

error fuerit; istum, & ætate grandiore, & pietate ac doctrina quam præ se fert, & officio sacerdotali, fidem mereri volentem, secutum. Quia verò secutum dixi, fcres ingenuè, si utriusque descriptionis, parallela quædam succincta, ad illud ostendendum, hoc loco instituantur in hunc modum.

I. DE RELIGIONE.

BLEFK.	FABRICIUS.
Anno Chr M CCCXCVIII administrabat Regnum Danicum Woldemarus, eius nominis secundus, cui adiunctum erat Norvegicum, &c.	Im Jahr vnsers HEren / 1398. regerede in Dennemarck / Koninck Woldemarus / de ander des Nahmens / vnder welcken ock gehörede Norwegen vnd de Normannen.
Sub illo Waldemaro Islandici primum in Christiana religione instituti sunt, cum hucusque alienos Deos coluissent.	By disses Königes Tyden / synt de Ißlanders tho dem Christlyken Gelouen vnterwyset worden / de sonst vorhin Heyden gewesen / vnde in der deepen düsternisse des Auergelouens gesteken hebben.
Constituerat Rex Waldemarus cum primũ Christi doctrinã profiterétur in Islandia, Episcopos binos: unum in Scalholdé in Orientali plaga, alterũ in Hollen, ad occidentalé solé.	Disser Köninck hefft twe Bischopdohm in Islandt geordnet / dat eine tho Schalholden na dat Osten / dat ander tho Hollen na dat Westen.
Alios reditus, quã butyrum & pisces, non habent.	De Bischoppe hebben van de Islanders neen ander inkament gehat / den Botter vnd Fische.
Postquam Lutherus innotuit, Christianus Danorum	Alse auerst Köninck Christianus de drüdde des Nahmens in Den-

Rex sibi puriorem doctrinam comparavit, atq; in Regno Danico, Norvegico & omnibus subjectis sibi insulis, Ecclesias repurgavit, missis in Islandiam ministris qui Euangelii sementem ibi facerent. Typographum quoq; ex Dania misit, qui pastoribus Latina nescientibus, Biblia, locos communes Philippi M, Urbani Regii operâ, aliâq; linguâ populari evulgaret.

Adolescentes quoq; idoneos ex Islandia evocavit, quos in Academia Hafniensi suis sumptibus aluit & Ecclesiis & Scholis præesse voluit.

Dennemarck regerede / vnnd alle syn gantze Köninckryke vnnd alle angehörige Eylanden / na Lutheri Lere / vnd bekenteniße reformerede / so hefft he ock vth Christlykem wolbetrachten / Gemüte vnd yuer reine vnd Evangelische prediger in Jßland geschickt: vnnd darbeneuen hefft he ock ein Drückerye darsülueſt verordenet vnde anrichten laten / dorch veel möye vnde vnkosten darhen verschafft / darmede men hefft vp Jßlandische Sprake drucken könen. Den erstlick hefft men de Bibel vnde andere allerley Euangelische syne Böker in dersüluen bekanden Jßlandischer Sprake laten drucken / vor de schlechte Predicanten / welckere de Latinsche Sprake nicht vorstunden.

Desülue Köninck hefft ock vth Düdschland (rectius Jßlandt) syne junge Gesellen beropen lathen / welcker he alldar hefft lathen vp synen Vnkosten tho Kopenhagen studeren / vnde hernamals Kercken vnd Scholen darдорch möchten bsteellet werden.

CAP. III.

DE ISLANDICORUM vita ac moribus.

Sunt pleriq; viri Islandici valde superbi & elati, præsertim propter corporis robur, quod habent. Vidi Islandicum, qui tonnam Hamburgensem cerevisiæ plenam, tam facilè ori suo admoveret, bibens ex illa, ac si unicam habuisset mensuram.

Uterq; sexus in Islandia, eundem habitum habet, ita ut ex vestibus an vir an fœmina sit, haut facile dignoscas. Estque ibi apud sexum fæmineum mira formarum felicitas: sed cultus deest.

Lino carent, nisi à nostis sit importatum.

Natio omnis Islandicorum admodum dedita est superstitionibus, spiritusq; familiariter ipsis servientes habent. Hi enim in piscatione tantum sunt felices, qui noctu à dæmone ad piscationem excitantur.

CAP. IIII.

Van den Inwaners / eren Seden vnde Leuende.

Anlangende de Inwahners / eren Seden vnde Leuende / synt in gemein / sehr hofferdich vnde vpgeblasen / vnde dat sonderlick wegen der stercke eres Lyues / de se hebben. Wo dann etlyke gefunden werden / de eine vulle Tunne HamborgerBeer an eren mundt setten / vnd daruth drincken / als wenn ydt eine Kanne gewesen.

De Meñer vnd Frouwen hebben einerley Kledinge / dat men se daruth nowlick scholde erkennen / offt yd mann / efft Frow were.

De Frouwen synt sehr schöne auerst se hebben sick nicht vthgeputzet effte vthgeflegen.

Neen Linnen ys alldar / ydt werde dan vth dissen Landen darhengebracht.

De Ißlanders synt sehr geneget tho Auergelouen / vnd hebben sekere Düuele tho hußfründen: vnde synt de jennigen allein glücklick int fischen / de tho den fischen van solcken Hußgeistern effte Düuelkens by der nacht vpgewecket werden.

Quamvis Evangelii ministri in dehortãdo ab illa impietate: oẽm diligentiã adhibent, tam altè tamẽ hæc impietas in mentib. illorũ hæret & radices egit, itaq; sunt à Satana fascinati, ut nullam sanam doctrinam & dehortationem admittant.

Diaboli opera, oblato pretio ventũ secundum pollicentur & præstant, quod mihi compertũ est. Simile Olaus Mag. de Finlandis scribit. Naves quoq; cãtando, etiam secundo ventu, immobiles retinent fere.

Multos in annos absq; medicina aut medico vivũt. Multi annos 150. attingunt: ac vidi senẽ, qui 200 se tunc annos vixisse dicebat. Imò Olaus M. lib. 20. Islandicos 300. annos vivere scribit. Maxima Islandicorum pars, panẽ nõ vidit neq; gustavit.

Maior pars victus illorum in piscib. butyro insulso, lacte, & caseo consistit, pisces lapide contusos, loco panis habent. Potus illorum est aqua aut serum. Si quando à nostris molita cibaria sive far. illis vendi-

Efft nu wol de Predicanten velen Flyth anwenden / se darvan affthowehren: so ys dennoch de auergeloue so deep by jhnen ingewortelt dat nene Lere / effte vormaninge by se helpet / 2c.

Ock synt ock dar sekere Lüde / den de Düuel eine kunst gelehret / de schepe stille tho holden / dat se nit fahren können. Daryegen so können se ock sekeren guden Windt vörkopen vmme vorspodelick tho segelen / de enen darvör geldt gifft / gelick den Olaus Magnus ock van den Finlandern schrifft.

De Lüde leuen dar sehr lange / ock an yenige Medicin meisters: vnangesehen de meisten Ißlanders ere dage neen brodt gesehen / noch geschmecket. werden dennoch 150. Jahren oldt: eines deels 200 vnde darauer.

Ere dagelyke kost ys fisch an der lucht vnde wind gedröget. Den fisch kloppen se mit stenen / vnde eten en also. Item se eten vngesolten melck vnd kese. Er dranck ys water effte wey. Wann auerst van vnsen Lüden / vth dissen Landenn gemahlen Meel

darhen

tur, lacte hoc commiſcent, atque in longum tempus ad delicias nobilium reponunt. Drabbel hoc condimentum vocant.

Vinum & cereviſiam à noſtris emptam non reponunt, ſed domatim epotant per vices alii apud alios, &c.

Germani ſub tentoriis ſuas merces exponunt venum, calceos ſcilicet, veſtes, ſpecula, cultellos, & id genus mercium nullius pretii. Islandici habent oleum liquefactum ex viſceribus piſcium, noſtris alutariis ac ſutoribus notum. Habent piſces, ſulphur, exuvias vulpium candidas, butyrum, aliaq;. Hæc omnia noſtris mercibus commutant.

Nec prius rata eſt commutatio, niſi prius noſtro cibo & vino aut cereviſiâ, probè ſint diſtenti.

darhen gebracht wert / dat mengen ſe manck Melck / vnde bewaren ydt ſo / ꝛc. Dat ys auerſt eine Schlyckerye vor de Ryken vnde Eddelingen / vnnde wert by enen Drabbel genēmet.

Wyn vnde Beer / ꝛc. vor Islandiſche Wahren vortuſchet / ſparen ſe nicht lange / ſondern maken dar van denn mit den Naberen alsbalde gut Zyr vnd frölick Leuendt / beth ydt alles vth ys: Vnnde ſolckes gehet by der Ryge effte by Borthen vmme ꝛc.

Item. De Düdſchen vnd andere Nationen bringen alldar tho Kope / ſchoen Meſſer / Spegel / vnde dergelyken Wahre / ꝛc. Daran vortuſchen de Islanders andere Wahre / als Olye vth Fiſchen geſchmolten / Traen genömet / den Schomakers vnde Büdelers wol bekandt. Item Schweuel / Fiſche / Velle van witten Vöſſen / Botter vnde andere dingen.

De Koep ys nicht faſt vnnde bündich / ydt ſy denn / dat ſe mit vnſem Wyn vnde Beer alſe eine

Sack-

Sackpipe ersten vull vpgefüllet syn / vnde einen guden Krop gesammelt hebben / etc.

Ab illa verò virulenta, Blefkenii, & verbosa calumnia, quæ hic immediatè apud ipsum sequitur, Fabricii animus magis ingenuus abhorruit: itaque ipsam omisit: Nec quenquam præter Blefkenium repperi, qui tàm dirum maledictorum ac mendacii virus in gentem hanc evomeret. Sed pergo adhuc in parallelis.

Neque cuiquam licet vesicæ onerandæ gratia â mensa surgere: Verum in hanc rem filiafamiliâs, aliave puella aut mulier semper ad mensam stat, intenta, si quis innuerit: innuenti matulam sub mensa suis manibus ministrat; Cæteri interim more suum grunniunt, ne quis strepitus audiatur: effusâ urinâ, pelvim peluit, rursusque suum officium volenti offert. Atque incivilis habetur, qui hûc morem detestatur.

Nemandt steyth van der Tafelen vp / syn Water tho laten / sondern de Dochter effte ein ander im Husekûmpt / so balde he em wencket / so wert em de waterpotte hengelanget vnder der Tafel: De anderen Geste auerst rochelen vnder des / alse de Schwine / darmit dat geluth van dem waterlaten nit gehôret werde / alsbalde gethen se dat Water hen / spôlen den pott vth / vnd setten en by dem Dische. Wol sick in solcke ere Manere vnd wyse nicht rechs schicken kan / wert by enen vor ein grauen Cuias / vnde vngehôuelden Gesellen effte Esel geholden.

(Auctarium Fabricii) achte ydt auerst vor ein sonderlick Grobianus stücklin / dat men den Jßlandern holden lathe.

Itanâ verò Fabrici? An tibi jam vel non lecta est, vel excidit, mensa Sybaritica? Islandis certè antiquior. Fuerunt, ut nosti, Sybaritæ potentissimi Græciæ populi; urbes 25. suo subigentes imperio: contra Crotoniatas millia trecenta in bellum educentes, de quorum conviviis ita ex Suida & Politiano, doctiss. Joan. Heidfeldius: primi matularum usum in conviviis excogitarunt, ne sæpius exsurgendum esset: &c. Si isti primi, ergò hos aliqui secuti populi, alii quam obscurissimi Islandi. Ne igitur Islandis proprium feceris, quod (modo vere foret) cum tam præclaris gentibus commune haberent, nisi eandem rem ditioribus & potentioribus laudi, pauperioribus vitio vertendum statuas.

Advenientes osculo excipiūt: seq; invicem conspiciunt & cōtemplantur: si forte pediculos &c. repentes in vestib. videant. Si viderint, alter alteri tollit: & quoties unum sustulerit, toties aperto capite alteri gratias agit	De Frūnde entfangen se mit ein Kuß: Wenn ein dem andern eine Luß vp den Klederen findet/ nimpt he desülue mit entdeckung des Höuedes aff: dem solcke Reuerentz geschůt/ deyth ock also.
Noctu paterfamilias, cum totâ familiâ, in uno cænaculo cubant, laneo panno tecti, &c. Atq; ejusmodi pannos, sine stramine aut fœno supposito substernunt.	Ere Bedden synt nicht van dunfedderen gemackt/ sundern ys ein Deke/ van Wullen vnnd har gemaket / dat se Watman nöhmen/ dat leggen se ahne vndergeströet Stro plat vp de Erde.
Si pecora in fluctibus aut sub nive, (quod sæpissimè usu venire solet) perierint, à Deo mactata esse dicunt, &c.	So by enen ein Beest in einem Reuire vordrenckt / efft dorch Schne vmbkumpt (als den vaken geschůth) dat holden se in groten werden/ vnde seggen/ dat ydt van Godt geschlachtet sy/ 2c.

Omnes urinam in unam matulam nocte effundunt, quâ manè faciem, os & dentes & manus lavant: eius rei multas afferunt causas, hoc sc. formam elegantissimam facere, alere hoc vires, nervosque in manibus confirmare & dentes à putredine servare dicunt.

Se waschen eren mundt/ Angesicht vnde Hende / mit erem eigen Vrin effte Water / so des Nachtes gewatert ys. Geuen dar van disse Reden/ dat ydt makeschönheit vnde Krafft / vnnde vorstercke de Senen vnde Adern/ vnde bewahren de Tenen vor vulicheit.

BLEFKENIUS.

Cap. VI.

DE ISLANDICORUM divitiis,

Islandiam terram asperam & nivosam dixi: estque præterea scopulis atque lapidibus referta; ac ita quidem, ut nullus in tota insula sit ager: ne hortulos quidem, in quibus olera aut legumina habere possint, habent: frumenti genus nullú agnoscunt: non poma, pira, cerasa, &c.

Nascitur ad meridiem & ferè per totam insulam sulphur, quod magnâ copiâ eruitur: hanc materiam purgatam, exiguo pretio vendunt.

FABRICIUS

Cap. VIII.

Van der Ißländer Rykedohm/ vnde wor in der Inwahner vermögen stahr.

Ißlandt ys meist auer all ein scharp/ velsich/ bergich vnd recht Schnelandt: Derwegen ock neen edder weinich Bawacker dar tho vinden ys/ ock nene Garden noch Gardengewächß / als Koel / Bonen/ Erweten / Lyn / Appel/ Beren/ Karseberen/ edder dergelyken Bomfrüchte ꝛc.

Int Süden van Ißland vnd by nahe dorch de gantze Insel wasset vnder der Erden Schwefel / welcken se by groter menge heruth grauen, dat se en herna

purgeren/vnde vmme ein geringe Geldt vorköpen.

Auri, argentive fodinas, neque ullas metallicas habent. Ferro quidem utuntur, sed importato. Raró invenies virum, qui in pera non habet clavos ferreos, quibus ferreæ equorum soleæ alligantur.

Goldt/Sülver/Jsern edder ander Metallen Bergwerck hebben se aldar nicht. Jsern gebruken se wol/averst ydt wert alles dar hen gebracht/selden findet men einen Mann in Jßlandt de nicht in syner Taschen etlyke Hoffnagel scholde hebben/den Perden de Jseren darmit an tho nagelen.

Tam pingue est Islandicum gramen, ut boves certum tempus à pascuis sint arcendi, ne rumpantur. Tam grati itidem odoris, ut singulari studio à nostris hominibus in cistulas ad vestes reponatur.

Dat Jßlandische Graß ys so geyl/dat men de Ossen vnd Vehe ein tydtlanck daruan affholden moth/dat se nit barstē/ys so leeflyken geröke/dat de vnsern datsülue Graß in ere Kisten by ere Kleder leggen.

Butyrum plærique propter vasorum inopiam in angulos ædium, uti nos calcem aut aliam materiam, seponunt, idque sine sale.

De Botter schlan se dar vaken wegen mangel der Vate/in den hörnen vnde winckel des Huses/als wenn men sonst kalck/Sand vnd andere materien plecht hen tho dohn: doch alles geschüth ane Solt.

Equi gradarii fere omnes, oneribusque ferendis aptissimi.

Alles wat dar van perden vnd möderen ys/dat synt alle Teller vnde am gange gewisse/vnde sehr bequeme/schware Last tho dragen.

Habent vaccas, sed multæ sunt mutilæ cornibus. Non suē non gallinam propter fruméti inopiam alunt. Si quando illos pabulum aut fœnum hyeme defecit, pecora piscibus alunt.	Se hebben dar ock Köye: auerst meist ane Hörner/ se vnderholden nene Schwyne noch Höner/ wegen mangel des Korns. Wenn se tho tyden des Winters neen Voder effte How hebben/ so erholden se dat Vehe/ mit gedrögeden Vischen.
Canes hirsutos, sine caudis & auribus natos, animi causa habent; quos carè vendunt, magnique faciunt: quum tamen liberos suos (calumnia, Fabricio omissa) cuivis petenti, vel gratis offerant.	Se hebben veel ruge Hunden ahne stert vndt Ohren gebaren/ dese dür vorkopen.

Verùm parallelorum jam fere satis: Ex quorum consideratione, quis adeò bardus est, aut talpa, quin te videat & intelligat, mi Fabrici, Blefkenii, illius vestigia arctius passim premere? Quum commata & cola, nedum periodi, imò, & ipsa verba ac voces ita sibi ad unguem utrinque correspondeant. Multa hic, ut & antea, in ipsa Anatome Blefken. sicco pede transeo, quæ vera an falsa habeantur, juxta æstimamus: ut de miraculis Islandiæ, & etiam locorum situ turbatissimo: tum quod bisecli, imo etiam trisecli senes hic fingantur; quum interim centenaria ætas apud nos prodigio ferè sit: Non siquidem ad nos pertigit, patrum illa μακροβιότης Hæbreorum, &c. Ista inquam, & si quæ sunt talia prudens omitto.

Quamvis autem, mi Dn. Fabrici, non lædendi studio scripsisse te, mihi facile persuaseris; & id opinari, jubet pietas; Tamen famæ ac nomini tuo rectius consulueris, si relictis partibus

Blefkenianis(cùm iam de vulpe ſatis loquatur cauda)ad Nominis Islandici juſtum patrocinium, te tuumque calamum applicueris. Quod demum foret, unum vel alterum, ex tribus quos proIslandia editos dicebam,libellis,in linguam bona fide transferendo merè Germanicam: Qui labor, etſi tædium aliquod coniunctum habeat; tui nominis, tuæ virtutis & candoris, teſtem ac vindicem decentem manifeſtiùs aget! ut ita BENEFACIENDO,plus nobis contuliſſe, quam is detraxiſſe MALEDICENDO,perhibeare. Vale feliciter; & ad altiora natum ingenium tuum atque eruditionem, noli ad trivias iſtas ſcriptiunculas demittere ulterius: atque Epiſtolam hanc commonefactoriam æqui bonique
conſule.

D I X I.



